1. Pol

R. 1792 6/X

Stan. August (Ign. Janiszewski)

nadaje starostwo Łęczyckie po Mat. Łuszczewskim Woj. Raw. Rochowi Kossowskiemu

4/1 folio, z w. kor. piecz. Małachowskiego.

Dypl. 72

S. O. L. 1905

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA K. U. L.

U

zwilżin

67/101015K

532

Dypl. 72

Stanislaus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ
Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Masoviæ, Sa-
mogitiæ, Kijoviæ Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ,
Livoniæ, Smolensciæ Severiæ Czerniechoviæque.

N. 44.

Ze Zbiorów Wincentego Pola

N 8

1949: Zł: 3 gr.

Lbrulkor

Significamus præsentibus Literis Nostris, quor[um] interest, Univer-
sis et Singulis, Quia Nos habito respectu insignium meritorum
Mgci Rochi Koſsowski Supremi Thesaurarii Rni, Nobis, et Reipublicæ
intaminata fide præstitor[um], faciendum eſse duximus, ut Ipsi Capitanea-
tum Lanciciensem in Palatinatu Lanciciensi situm, post fata Mgci
Mathiæ Luszczewski Castellani Ravensis, Ejusdem Capitaneatus
ultimi Privilegiati Poſseſsoris vacantem, cum Oppido, Villis
et omnibus Attinentijs fusius in Lustratione exaratis, et prout dictus
ultimarius Privilegiatus Poſseſsor tenebat, et poſsidebat, Jure Emphiteu-
tico daremus, et conferremus, prout, considerato Titulo oneroso, præfatum Ca-
pitaneatum Lanciciensem cum Oppido, Villis Advocatijs, Sculteijs, ali-
isq[ue] Attinentijs ad Eundem spectantibus, cumq[ue] Prædijs, Ædificiis, Agris,
Pratis, Campis, Sylvis, Nemoribus, Fluviis, Lacubus, Oppidanis, Subdi-
tis, eorq[ue] Laboribus, Censibus, Proventibus, qui hactenus ab Ipsis legitime
exigebantur, cumq[ue] omnibus Attinentiis, et pertinentiis ad dictum Capita-
neatum Lanciciensem spectantibus, nihil ex iis reservando, aut eximen-
do, sed ita prout ultimarius Privilegiatus Poſseſsor tenebat, et poſsi-
debat, Jure ~~Emphiteutico ad expirium quinquaginta Annor[um] a data præ-~~
sentis Diplomatis computandor[um], Eidem Mgco Rocho Koſsowski Su-
premo Thesaurario Rni, et Illius Succeſsoribus damus et conferimus,
ad habendum, tenendum, poſsidendum, et utifruendum, dandum donan-
dum, alienandumq[ue] idq[ue] sub Iis Conditionibus, ut quatuor Quartas, sive
Proventum Lustratione Rni liquidatum, ad Thesaur Rgni Nostri
tantummodo quotannis ad tenorem Constitutionis Anni 1775. in re-
cognitionem directi Dominij Ntri, et Reipublicæ, cuius temporum
Rathis importet, debitis præfatum Capitaneatum non inoneret,
nec divisio partita in his Bonis præsentibus collatis subsequatur.
Quem quidem Capitaneatum cum Villis, et aliis attinentiis, si
Eidem Mgco Rocho Koſsowski, aut Illius Succeſsoribus alienare
contigerit, ejusmodi alienatio, sive Transfusio Juris Emphiteutici

feri

jure Consensu ultro subsequi poterit. Dando, et concedendo Eidem Mco
Rocho Koſsowski ac Ejus Succeſsoribus utilibus, et Legitimis superius
exaratos Capitaneatus Bonos per Nos Proventuum, constitutis Do-
minis ac Poſseſsoribus, omnes Usus fructus percipiendi. Cater. pro-
mittimus pro Nobis, Suisque Succeſsoribus Nostris non eſse Nos,
Suosque Succeſsores Nostros Eodem Jure Emphiteutico supra exara-
tum Mgcum Rochum Koſsowski, Illiusque Succeſsores, et Succedaneos
amoturos, neque amovendi potestatem Cuipiam daturos, sed salvum, et in-
tegrum Jus Emphiteuticum ad expirium quinquaginta Annor. conser-
vaturos, Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae Ecclesiaeque Romano
Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem praesentes Manu No-
stra subscriptas, Sigillo Regni communiri juſsimus. Datum
Varsaviae die VI Mensis Novembris Anno Domini MDCCXCII.
Regni vero Nostri XXIX. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Ignatius Janiszewski Si-
gilli Majoris Regni Secretarius

Capitaneatus Lanciciensis in Palatinatu Lanciciensi situs, Magnifico
Rocho Koſsowski, Supremo Thesaurario Regni, et Illius Succeſsoribus
Jure Emphiteutico ad annos quinquaginta confertur.

Cancellariatu
Illustrissimi Excellentissimi Domini Dni
Hyacynthi Comitis Nałęcz à Małachowice
Małachowski
Supremi Regni Cancellarii, Radoszycensis
Grodecensis, Sannadensis &c. Capitanei
Sigillatum sub die 13 M. Aprilis 1793
est in actis

WIN. FR. ŁOSIA
27.12.37